Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26258
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Nullus petentem pauperem poterit inanem re
linquere. nisi qui ei noluerit commodare. Non
enim misericordie difinita sunt pretia. aut nisi
quis multum dederit. acceptabile esse quod da
tur non poterit. aut inopes tantum a quoquam ex
poscunt. quantum qui poscuntur dare non possunt.
aut ex modico multum aut de exiguo plurimum
dare quispiam cogitur. cum libenter ex modico
modicum ad tributum diuina pietas gratuletur.
Deniq; uidua helian ex modico pascit. & id ipsum
quod habuit finiri non potuit. Suppremi uictus
dando non desunt. & diuitum horrea finiuntur.
modicum olei erogatur nec deficit. & peccatorum
apothecas penuria famis exhaurit; Misericorda
uidue seruat. quod peccata locupletum extermi
nant. modica diuitis maiora sunt. & diuitie pau
pertate uidue superantur. Ita enim & iustis ali
menta non desunt. ut peccatoribus subsidia de
negantur. Deniq; audi dni uocem uiduam in
euangelio conlaudantem. que in dona dei to
tum quod habuit misit. Amen inquit dico
uobis. uidua ista plus omnibus fecit; omnes enim
isti de eo quod habundauit illis fecerunt. hec